

diuisim a prefata <sup>7)</sup>sede indultum existat<sup>7)</sup>), quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de <sup>7)</sup>verbo ad<sup>7)</sup> verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores auctoritate nostra etc. Datum vt supra.

<sup>1-1)</sup> Saknas i Vat. <sup>2)</sup> Vat.: Michali. <sup>3)</sup> Överstruket i Auin.: extunc. <sup>4-4)</sup> Vat.: contigerit attemptari. <sup>5)</sup> Vat.: eo. <sup>6)</sup> Överhoppat(?): ac. Jfr SD 5181. <sup>7-7)</sup> Ur Vat.; Auin. här fuktskadad.

5183.

1348 juni 26.

Avignon.

Clemens 6 reserverar för Thyrgillus Johannis, präst i Strängnäs stift, ett beneficium i samma stift med eller utan själavård och taxerat till högst 25 silvermarks årlig avkastning i förra och 18 i senare fallet, samt tillskriven härom som exekutorer domprosten i Strängnäs samt kanikerna därstädes Ingivaldus Magni och Birgerus Gregorii. (Jfr suppliken i SD 4342, som bör dateras: 26 juni.)

Vatik. ark. Reg. Auin. 104, f. 45 v—46 r (f. 44 r rubrik, delvis bortfallen genom fuktskada: . . . cum cura vel sine cura sub expectacione anni septimi quaternus ii). — Reg. Vat. 187, f. 220 r—v, ep. IIICLI (f. 200 r rubrik, se SD 5177).

<sup>1)</sup>-Gratis pro Deo.<sup>-1)</sup>

Dilecto filio Thyrgillo Johannis, presbytero Strengenensis diocesis salutem, etc. Vite ac morum honestas et alia tue probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos <sup>2-2)</sup>fidedigno commendaris testimonio<sup>2)</sup>, nos inducunt, vt ad personam tuam apostolice prouisionis dexteram extendamus. Volentes itaque tibi, nullum vt asseris, <sup>3-3)</sup>ecclesiasticum beneficium<sup>3)</sup> assecuto, premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus et prouentus, si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit<sup>4)</sup>, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annum non excedant, ad venerabilis fratris nostri <sup>4-5)</sup> episcopi Strenginensis collacionem, prouisionem, presentacionem seu quamvis alias dispositionem pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacauerit, quod tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legittime constitutum infra vnius mensis spaciun, postquam tibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxeris<sup>6)</sup> acceptandum, conferendum tibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donacioni apostolice reseruamus, districtius inhibentes eidem episcopo, ne de beneficio ipso interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam ei<sup>7)</sup> constiterit, quod tu vel procurator predictus illud nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumat<sup>8)</sup>, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit<sup>9)</sup> attemptari. Non obstantibus, se vidare SD 5177 t. o. m. 'mencio specialis' med var. b—b, e, g—g, q, r—r. Nulli ergo etc. nostre reseruacionis, inhibicionis et constitutionis infringere vel ausu temerario contraire. Datum Auinione VI kalendas iulii anno septimo.

In eodem<sup>10)</sup> modo <sup>11)</sup>dilectis filiis <sup>12-15)</sup> preposito et Ingualdo Magni ac Birgero Gregorii canonice Ecclesie Strenginensis salutem etc. Vite ac morum honestas etc. vsque mencio specialis. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut vnu vestrum per vos vel alium seu alios huiusmodi beneficium per nos, vt premittitur, reseruatum, si dicte reseruacionis nostre tempore vacabat vel extunc vacauit seu cum vacauerit, eidem Thyrgillo post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes

ipsum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem beneficii ac iurium et pertinenciarum predictorum auctoritate predicta et defendantes inductum sibique facientes de ipsius beneficii fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuenctionibus vniuersis integre responderi. Non obstantibus omnibus supradictis, seu si dicto episcopo vel quibusuis aliis communiter vel divisim a prefata sede indulatum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, contradictores auctoritate nostra etc. Datum vt supra.

<sup>1-2)</sup> Ej i Vat. <sup>2-2)</sup> Vat.: fidedigno testimonio commendaris. <sup>3-3)</sup> Vat.: beneficium ecclesiasticum.  
<sup>4)</sup> Supplerat ur Vat. <sup>5)</sup> ... i Auin. över raden. <sup>6)</sup> Ur Vat. I Auin.: duxeritis. <sup>7)</sup> Ur Vat. I Auin.: eis.  
<sup>8)</sup> Vat.: presumant. <sup>9)</sup> Ur Vat. I Auin.: contingerit. <sup>10)</sup> Vat.: eo. <sup>11)</sup> ... här i Auin.

5184.

1348 juni 26.

Avignon.

Clemens 6 reserverar för Ingo Holmvidi, präst i Linköpings stift, ett beneficium i Åbo stift med eller utan själavård och avkastande årligen högst 25 silvermark i förra, 18 i senare fallet, samt underrättar härom de utsedda exekutorerna, biskopen i Freising och dekanerna i Linköping och Uppsala. (Jfr supplik i SD 4333.)

Vatik. ark. Reg. Auin. 104, f. 51 r—52 r (rubrik f. 44 r, se SD 5183). — Reg. Vat. 187, f. 224 r, ep. III<sup>c</sup> LX (rubrik f. 200 r, se SD 5177).

<sup>1-2)</sup>Gratis pro Deo.<sup>-1)</sup>

Dilecto filio Ingoni Holmuidi, presbitero Lincopensis diocesis, salutem etc. Vite ac morum honestas et alia tue probitatis ac virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, vt ad personam tuam apostolice prouisionis dexteram extendamus. Volentes itaque tibi, nullum vt asseris ecclesiasticum beneficium assecuto, premissorum meritorum tuorum intuitu graciam facere specialem beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus et prouentus, si cum cura **xxv**, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annum non excedant, ad venerabilis fratris nostri ··· episcopi Aboensis collacionem, prouisionem seu quamvis alias dispositionem pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacauerit, quod tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitimate constitutum infra vnius mensis spacium, postquam tibi vel eidem procuratori vacacio illius innotuerit, duxeris acceptandum, conferendum tibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinenciis suis donacioni apostolice reseruamus, districtius inhibentes eidem episcopo, ne de beneficio ipso interim eciam ante acceptacionem eandem, nisi postquam ei constiterit, quod tu vel procurator predictus illud nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumat, ac decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus, se vidare SD 5177 t. o. m. 'mencio specialis' med var. e, f—f, g—g, p—p. Nulli ergo etc. nostre reseruacionis, inhibicionis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Datum Auinione VI kalendas iulii anno septimo.

In eo modo venerabili fratri ··· episcopo Frisingensi et dilectis filiis ··· Lincopensis et ··· Upsalensis ecclesiarum decanis salutem etc. Vite ac morum honestas etc. vsque mencio specialis. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios huiusmodi beneficium